ἙΝΟΣ

In nobilissimo Pauli ad Gal. III. 20.

effato

Haud Genitivo sed Nominativo casu

esse positum

Examinatis aliorum CCXXXXIII Interpretum explicationibus

docere studuit

Georg. Henr. Fridem. Weigand,

Past. ap. Batthaunenses et Woellnavienses prope Ileburgum, Ducat. Saxon.

Erfordiae, 1821.

sumtibus Joh. Caroli Mülleri.

Illustrissimis

Generosissimis Excellentissimisque Viris

IMPERII BORUSSICI

MINISTRIS INTIMIS

sacrorum, institutionis reique medicae Curatoribus supremis

Collegiorum, quae Berolini, Magdeburgi et Martisburgi

florent

PRAESIDIBUS, VICE-PRAESIDIBUS, Consiliariis, Assessoribus caeterisque status ecclesiastici, scholastici et medicinalis

religiosissimo mentis cultu prosequendis Patronis atque Fautoribus

D. D. Q.

devotissimus addictissimusque cultor

Georg. Henr. Friedem. Weigand.

Illustrissimi, Generosissimi, Eccellentissimi,
Patroni atque Fautores
Omni pietate colendi!

Intuenti Vestra in Rempublicam merita dignitatisque splendoren, quo in oculis mortalium eminetis, mirum videri posset, qua fiducia fretus, tam exiguum opusculum, quod nec exquisita sui argumenti cultura, nec elaboratae nitidaeque dictionis ornatu, neque caetero denique apparatu ultra vulgarem modum quidquam assurgit, Vobis inscribere

et consecrare sustineam. Est autem Sacrorum Senatui Vestro id studium, hic ea bene procurandi fervor, ut quaecunque modo ad ea vergant, quo demum prodierint, humaniter excipiantur, ita, ut et ego ad Eum, tanquam tutelare numen confugere patrocinioque Vestro me commendare ausim. Quanquam facile agnoscam, nihil a me proficisci

posse, quod tantis meritis reponi queat, ut tamen et hanc rebus meis prospiciendi eligerem viam, exile hoc munusculum Vobis offerre nunc volui. Suscipite ergo hoc qualecunque devotissimae mentis pignus meque et mea studia fervore Vestro prosequi non dedignamini.

Ita inter perpetua virtutis et glo-

riae meditamenta Reipublicae civium-que saluti diu superstites vivite,

Inclytorum Nominum Vestrorum

Battaunae mens. Septbr, 1820.

devotissimus addictissimusque cultor

G. H. F. Weigand.

Catalogus
Virorum doctissimorum, amplissimorum, celeberrimorum, qui vel subscribendo, vel praenumerando hoc opusculum qualecunque imprimendum benevole curavere.

Ephor. Cizensis, Duc. Saxon.

Dom. Mende, Past. ap. Schönburgenses.

Ephor. Delicensis.

Dom. Bernhard, Past. ap. Löbnicenses.
- Eschenbach, Rev. Min. Cand. et Rector scholae Delicens.
- Greif, Diacon. ap. Zörbigenses.
- M. Kästner, Rev. Min. Cand. et Rector scholae Zörbigensis.
- M. Kermes, Past. ap. Zörbigenses.
- Pabst, Past. ap. Glesienses.
- M. Schernack, Past. ap. Spörenses.
- M. Starcke, Past. prim. et Superintendens Ephor. Delicens.
- Starcke, Past. ap. Roynenses prope Liegnicium Siles.
- Starcke, Stud. Theol. Halens.
- M. Volbeding, Catecheta et Antistes ap. Delicenses.
- M. Wegner, Past. ap. Beyersdorfienses.

Ephor. Dresdensis, Regn. Saxoni.

Dom. Anonymus, Dresdae.
- Bobe, Past. ap. Leubnicenses.
- M. Cubasch, Past. ap. Gödanos.
- M. Friedrich, Archidiacon. ap. Bischofswerdenses.
- Götze, Past. ap. Rabenavienses.
- Hardtmann, Past. ap. Seyfersdorfienses.
- Harnisch, Past. ap. Reichstedienses.
- M. Jaspis, Diacon. et antist. matut. ap. Dresdenses.
- M. Junghähnel, Past. ap. Höckendorfienses.
- M. Kretzschmar, Past. ap. Lichtenavienses Super.
- Kretzschmar, Past. ap. Loschwicenses.
- Matthaei, Past. ap. Lichtenbergenses.
- Müller, Past. ap. Hosterwicenses.
- Müller, Past. ap. Neokirchenses.
- Muff, Past. ap. Radebergenses.

Dom. M. Oehler, Past. ap. Dippoldiswaldenses.
: Osterloh, Past. ap. Döhlenses.
: M. Rath, Past. ap. Stolpenses.
: M. Ritscher, Past. ap. Pesterwicenses.
: Roller, Past. ap. Lausanos.
: Schweingel, Past. ap. Tarantinos.
: Schubarth, Past. ap. Leubenses.
: M. Schundenius, Past. ap. Ruppendorfienses.
: M. Stange, past. ap. Weissigenses.
: M. Starke, Past. ap. Medingenses.
: M. Strobach, Past. ap. Dippoldiswaldenses.
: Tittel, Past. ap. Kadicenses.
: D. Tittmann, Consil. eccl. et Superint. Gener. R. Sax.
: M. Weiſs, Past. ap. Lockwicenses.
: M. Wetzel, Past. ap. Possendorfienses.
: Zeis, Past. ap. Somsdorfienses.

Ephor. Elsterwerdensis, Duc. Sax.

Dom. Flade, Past. ap. Megalo-Kmehlenses.
: Grumbach, Diacon. ap. Ortrandtenses.
: Hasse, Past ap. Bockwicenses.
: M. Hofmann, Past. prim. et Superint. Elsterwerdens.
: M. Karig, Past. ap. Hirschfeldenses.
: D. Richter, Elsterwerdae.
: Ruhmer, Diacon. ap. Megalo-Kmehlenses.
: Schmiedt, Past. ap. Grödenses.
: Schreger, Past. ap. Ortrandtenses.
: M. Wittel, Past. ap. Würdenhaynenses.

Ephor. Halensis.

Dom. Böhme, Past. ap. Halenses.
: D. Ehricht, Past. primar. ap. Halenses.
: Eisfeld, Archidiacon. ap. Halens.
: Fulda, Superintendens Ephor. Halens.
: Guericke, Superintendens Ephor. Hal.
: Held, Past. ap. Neomarchense.
: D. Köhler, Inspector Super.
: Marks, Professor Acad. Halens.
: D. Wagnitz, Consil. sacr. Senator Halens.

Ephor. Jessensis.

Dom. Echten, Past. ap. Axienses.
: M. Heinichen, Diacon. ap. Jessenses.
: Löser, Past. prim. et Super. Ephor. Jessensis.
: Merker, Past. sup. ap. Schweinicenses.
: M. Regel, Past. sup. ap. Prettinenses.

Ephor. Ileburgensis.

Dom. M. Balzer, Past. ap. Hohenleinenses.

Dom. M. Brückner, Past. sup. ap. Dübenses.
: Buschmann, Past. ap. Glauchenses.
: M. Härtel, Past. ap. Lindenhaynenses.
: Jugler, Past. ap. Sprottenses.
: Kästner, Past. ap. Doberschützenses.
: Klaus, Past. ap. Wölkavienses.
: M. König, Past. ap. Weltewicenses.
: Laun, Past. ap. Zschepplinenses.
: D. Nietzsche, Past. prim. et Superint. Ephor. Ileburg. 2 exempl.
: M. Pilz, Diacon. ap. Dübenses.
: M. Röber, Past. ap. Limehnenses.
: M. Rößler, Diacon. antea Ileburg. nunc Martisburg.
: Ruhmer, Past. ap. Krippehnenses.
: M. Scharf, Past. ap. Pehritzschenses.
: Scholber, Past. ap. Behlicenses.
: M. Schröer, Past. ap. Mörticenses.
: M. Tänzer, Past. ap. Pristäblichenses.
: Thierfelder, Past. ap. Authusanos.
: Thon, Past. ap. Grunenses.
: Wernicke, Past. ap. Hohenprießnicenses.

Ephor. Levcopetrensis, D. S.

Dom. M. Schmidt, Past. prim. et Super. Ephor. Levcopetr.

Ephor. Lipsiensis, R. Sax.

Dom. D. Goldhorn, Archidiacon. ap. Lipsienses.
: M. Klinkhardt, Diacon. ap. Lipsienses.
: M. Noch, Past. ap. Zehmenses.
: Ritter, Past. sup. ap. Röthanos et Adjunct. Ephor. Lipsiens.
: M. Schmid, Past. ap. Engelsdorfienses.
: Schreckenbach, Archidiacon. ap. Chemnicenses.
: M. Siegel, Diacon. ap. Lipsiens.
: M. Spengler, Past. ap. Breunsdorfienses.
: Thoß, Past. ap. Panitienses.

Ephor. Longosalissensis, Duc. Sax.

Dom. Beyer, Past. ap. Neunheilingenses.
: Börner, Past. ap. Iffersheilingenses.
: D. Bonitz, Past. prim. et Super. Ephor. Longosaliss.
: Born, Past. ap. Microvargulanos.
: Daum, Stud. Theol. Halensis.
: Hartung, Diacon. ap. Thomaepontanos.
: Hübschmann, Past. ap. Palaeogotternenses.
: Ilhardt, Past. ap. Heraldishusanos.
: M. Just, Past. ap. Tottlebenses.
: Kaps, Past. ap. Cammerforstenses.
: Knoll, Past. ap. Seebachenses.

Dom. M. Kuntzsch, Past. ap. Blankenburgenses.
- Magerstädt, Past. ap. Bruchstadienses.
- M. Müller, Past. ap. Husasommerdanos.
- Müller, Past. ap. Palaeogotternenses.
- Nitzsche, Past. ap. Sundhusanos.
- Nippoldt, Past. ap. Alterstedienses.
- Oertel, Past. ap. Megalowelsbachenses.
- Quehl, Diacon. ap. Longosalissenses.
- Ratz, Past. ap. Microwelsbachenses.
- Reidemeister, Past. ap. Henningslebenses.
- Ritter, Past. ap. Bothenheilingenses.
- Rose, Past. ap. Mediosommerdanos.
- Stein, Past. ap. Thomaepontanos et Adj. Ephor. Longosaliss.
- Stockmann, Past. ap. Müllverstadienses.
- M. Veit, Past. ap. Uhrlebenses.
- M. Wahn, Past. ap. Gebeseenses.
- Walter, Past. ap. Freyenbessingenses.
- Weber, Past. ap. Schönstedienses.

Ephor. Misnensis, R. S.

Dom. D. Danner, Past. prim. et Super. Ephor. Misnensis.

Ephor. Schliebensis, Duc. Sax.

Dom. M. Mössler, Past. ap. Malitzschkendorfienses.

Ephor. Wurzensis.

Dom. de Schröter Subsenior Capit. Wurzens. Praefect. supr. Dynast. et Dom. Hereditar. Zschornae, Trebicii, Biebersteinii et Helmsdorfii.
- Sperk, Inspector Oeconom. Zschornens.

Ephor. Zahnensis.

Dom. Anonymus.
- M. Bormann, Past. ap. Elsterienses.
- Schreckenberger, Past. ap. Kropstadienses.
- M. Stern, Past. prim. et Superintendens Ephor. Zahnensis.

Est haec ingenii nostri singularis natura atque indoles, ut ad ea, quae plurimorum vel omnium attentionem movent, iterum iterumque recurrat, quae acri atque stricto judicio suo denuo subjiciat de eademque re rursus judicium reddens altius indagando investigandoque vim suam exserat. Hinc quoque factum esse videtur, ut cum jam antiquissimis temporibus interpretes Novi Testamenti celeberrimi ad unum omnes locum difficilem, qui in epistola Pauli ad Gal. III. 20. legitur, in examen vocassent, deinceps aliis aliisque illos subsecutis hac nostra quoque aetate locus ille obscurissimus novos eosque celeberrimos nactus sit interpretes. Hinc quoque factum est, ut et ego, quanquam timide, et bene sentiens, quam sit, si quid in me est ingenii, exiguum, novae interpretationis proferendae operam nava-

verim. Vera enim est atque ingenua animi professio firmissimaque persuasio, me sane multum abhorrere ab eorum arrogantia, qui, quae nova proferant, et verissima atque optima celebrare insolentiusque de inventis gloriari amant atque gestiunt, intelligentem bene atque videntem, me ab illis interpretibus illustrissimis et ingenii sagacitate et doctrinarum scientiarumque gravitate longe multumque superari; quid! quod omni fere literarum apparatu in hac domicilii mei sedisque obscurae solitudine reique familiaris penuria me esse destitutum certum sit. Ne quis igitur L. B. miretur, quid sit, quod, cum tot summi interpretes virique celeberrimi, quorum nonnullis pluribus nominibus obstrictum me esse gratus profiteor, ego, qui neque ingenio, neque auctoritate cum illis sim comparandus, denuo locum illum illustrare ausim, naturae et indolis ingenii in fronte libelli descriptae memor, huic, quae me impulerit, causae et hanc adnumeret, quod, cum hunc locum ab omni partium studio remotus legerem, statim atque subito animo ne satis quidem lectioni attento affulgens obversaretur verbi ἑνὸς significatio,

quae ex diversa ejus et a vulgari abhorrente derivatione petita et longe diversam explicationem universi loci constituat, necesse est. Sed ne haec quidem ad meam qualemcunque explicationem proferendam suffecissent, nisi amico meo Jaspidi, qui in versione sua epist. ad Gal. pluribus interpretationibus aliorum et suam adjecit sententiam, meam interpretationem litteris ad me missis ingeniosam nominare Keilioque beato praeceptori meo, cui multa debeo, doctissimo clarissimoque quanquam de veritate hujus dubitanti, quippe qui vulgari derivatione nimis teneretur, ei tamen novitatis laudem vindicare placuisset. Sed ut justo ordine progrediamur, neque, quae postponenda esse arbitramur, praeponamus, haec ad alteram libelli partem rejiciamus. Quanquam autem sane persuasissimum habeo, hanc, quam prolaturus sum, hujus loci interpretationem novam atque ab omnibus hucusque prolatis interpretationibus longe remotam esse, tamen neque novitatis neque vanitatis studium ad proferendam hanc meam sententiam me impulit; nolebam potius iis deesse, qui eruditiores non sine magno literarum apparatu

firmioribus atque gravioribus probare et confirmare argumentis valeant. Universi autem libelli materiam tripartitam esse voluimus; cujus parte prima brevis enarratio variarum interpretationum, secunda autem mea hujus loci explicatio, tertia denique catalogus interpretum celeberrimorum una cum eorum singulis vel versionibus vel interpretationibus numeris solummodo in prima parte indicatis continetur *).

---

*) Quibus et adjungendus est clarissimus Gesenius Halensis, qui Intactis opulentior Thesauris Arabum et divitis —
Syriae juvenibus literarum orientalium opes largiter suppeditat et qui judicio suo huic opusculo suffragante, quippe quod auctorem latinae linguae aeque ac dictionis librorum utriusque foederis non plane ignarum judicet, suasit, ut imprimendum curarem.

I.

Brevis historia variarum interpretationum huj. loc.

Ne quis vero objiciat, me in hoc capite tractando ea repetiisse, quae post labores clarissimorum virorum, Gerdesii, Wolfii, Koppii, Rosenmülleri, Langii, Gableri, Klemmii, Winterbergii et Harrasii, nuperrime a Bonitzio, Antonio Zaeunero et Keilio, viris illustrissimis congesta sunt, qui ad unum omnes examina interpretationum variarum instituerunt, brevissimis solum modo eas attingam, quae plane negligere ipsi hujus instituti consilio valde contrarium esset. Cum enim ea, quam nunc prolaturus sum, explicatio diversissima sit ab illis omnibus in virorum celeberrimorum catalogis collectis et dijudicatis interpretationibus, cur a commemorandis illis plane abstinere debuissem non intelligo, cum potius ex ejusmodi brevi enarratione prodeat, meam sententiam nullibi

adhuc reperiri. In quo sane interpretationum examine instituendo tum felici successu uti arbitramur, cum eum observemus ordinem, quem Keilius [1]) beatus secutus est, ita quidem ut ea, quae vir clarissimus tanquam subdivisa tertiae partis intercalaret, singulis capitibus tractemus. Cum enim ad tria capita, quorum tertio duo subdivisa addita sunt h. l. interpretandi diversitatem referri et revocari posse putaret, nobismet ipsis aperuit hanc viam, qua eorum interpretationes nobis occurrunt, qui vel in singulorum verborum significatione declaranda, eorumque nexu constituendo, vel in integrarum sententiarum sensu definiendo, vel auctore sententiae propositae declarando, vel in nexu h. l. cum antecedentibus demonstrando, vel denique in ejus consilio patefaciendo operam navaverint.

I.

De interpretatione singulorum verborum lorumque nexu.

1) De vocabulo μεσίτης,

Qui interpretibus est vel

a) mediator qui pacem inter dissidentes restituat;

---

1) 119. Eo solummodo discrimine, ut iis, quae vir clarissimus et interpres subtilissimus ex libris celeberrimorum interpretum congesta continua oratione protulerit, in tabellarum formam contractis memoriae et prospectui faciliori subvenisse mihi visus sim.

b) vel sponsor et fidejussor [2]);

c) vel promulgator et interpres [3]);

d) vel negotiator, cui ullum aliquod negotium est peragendum [4]).

2) De articulo ὁ voci μεσίτης praefixo, qui interpretibus est

a) demonstrativus [5])

α) Mosen,

β) Christum

b) indefinitus

α) quemcunque mediatorem indicans.

3) De particula δὲ;

a) transitiva et copulativa,

b) adversativa [6]).

4) De voce ἑνος, ejus derivatione, sensu et nexu cum sqq.

Derivatur autem ab omnibus interpretibus ab

a) εἷς et nectitur cum verbis

a) ȣκ εστιν, vel cum

b) μεσιτης qui [7])

α) vel nullus amplius est [8]),

β) vel non immutabilis, cui supplendum est [9])

a) λαȣ, εθνȣς [10]);

b) νόμȣ [11]);

c) μερȣς [12]);

---

2) 60. 3) 98. 4) 182. 184. 119. 26. 5) 155. 46. 238. 6) 46. 194. 7) 108. 32. 102. 8) 108. 9) 102. 10) 6. 89. 54. 56. 68. 226. 8. 106. 243. 11) 35. 125. 108. 57. 65. 98. 12) 62. 142. 236. 145. 44. 237. 107. 127. 128. 208. 213. 87. 42. 250. 197. 51. 88. 43. 63. 6. 235. 119.

d) τροπȣ [13]);
e) πράγματος [14]);
f) εναγγελίȣ [15]);
g) σπερματος [16]);
h) ϑελήματος, πνεύματος [17]);
i) προσώπȣ [18]);
k) ϑεȣ̃ [19]).

et significare voluerunt

a) primum [20]);
b) unicum [21]);
c) immutabile [22]);
d) commune, universum [23]), vel
e) pro ένοτης positum [24]) vel
f) hujus sensum involvens [25]) vel
g) in έν ος divulsum, cui σπερμα addatur et per εκεῖνος explicetur [26]).
h) numeri unitatem denique denotare.

5) De structura universi commatis prioris. Sententia haec est tradita

a) vel positive,
b) vel interrogative [27]).

6) De particula δὲ posterioris commatis.

a) adversativa,
b) vel pro γὰρ posita est [28]).

7) De voce ϑεος

---

13) 99. 14) 47. 209. 88. 194. 26. 28. 15) 65. 16) 48. 177. 74. 148. 153. 207. 156. 206. 1. 92. 174. 17) 25. 18) 71. 19) 144. 186. 3. 193. 104. 72. 41. 20) 108. 216. 21) 212. 233. 135. 22) 209. 88. 32. 23) 98. 24) 66. 205. 88. 130. 25) 94. 202. 188. 149. 26) 216. 27) 82. 188. 118. 125. 147. 144. 186. 28) 90. 226. 148. 195. 132. 144. 46.

a) deus
b) Christus;
α) vel Christum subintelligas [29])
β) vel θεος in χριϛος mutes [30]).

8) De voce εἷς cujus significatio esse debet
a) eadem, quae in priori commate admittitur
b) vel diversa,
α) unus,
β) una pars,
γ) idem, quam ἕτερος [31]),
δ) aut αὐτός [32]),
ε) aut πατὴρ vel θεὸς πάντων subintelligendum
ζ) vel λεγει post vocem θεος [33])
η) vel μεσίτης post εἷς supplendum [34]).

9) De constituendo subjecto et praedicato in utroque commate,
a) Subjectum quaerunt in verbis ὁ δὲ μεσίτης
b) vel μεσίτης ad praedicatum referunt [35]);
c) vocem ἑνος cum verbis οὐκ ἔστιν nectunt
d) vel cum μεσίτης conjungunt [36]).
e) Praedicatum inveniunt in verbis εἷς ἐϛι,
f) vel εἷς cum θεος conjunctum ad subjectum referunt et voci εϛι solummodo praedicati vim tribuunt [37]).

---

29) 107. 21. 30) 21. 31) 96. 223. 46. 191. 32) 88. 33) 181. 34) 21. 35) 147. 36) 108. 32. 102. 37) 32.

II.

De integrarum sententiarum h. l. sensu.

A. De mediatore quisnam fuerit.

I. Mediator definitus aliquis.

1) Moses

ἑνὸς ὃκ ἔστιν, referendum est ad

a) hoc illudve subjectum.

α) non unius alicujus hominis, sed plurium immo universi populi [1]),

β) non unius partis sed duarum [2]),

γ) non certae cujusdam partis [3])

fuit mediator.

א) Dei [4]),

ב) Abrahami [5]),

ג) σπέρματος v. 16.

1) de uno Messia [6]),

2) collective intellecti [7]).

ד) populi ex omnibus in unam conflati [8]).

ה) universi generis humani aut omnium populorum [9])

mediator non fuit.

b) objectum muneris.

α) non unius rei minister [10])

---

1) 150. 98. 110. 2) 70. 214. 129. 36. 112. 96. 179. 141. 46. 191. 176. 118. 160. 133. 3) 150. 143. 9. 172. 122. 5. 231. 80. 4) 199. 72. 85. 240. 20. 19. 3. 144. 233. 186. 221. 147. 125. 104. 175. 5) 217. 135. 6) 231. 90. 86. 38. 177. 126. 134. 226 181. 207. 22. 156. 58. 185. 7) 48. 236. 74. 148. 153. 78. 238. cf. 164. 208. 174. 84. 8) 225. 120. 24. 218. 9) 138. 11. 218. 10) 114. 26.

β) aut simplici negotio destinatus fuit [11])
γ) vel ad promissionem Abrahamo datam [12]),
δ) aut legem universam omnibus promulgatam [13])
ε) vel religionem constantem stabilitam fuisse [14])
negatur spectasse.

c) Indolem et conditionem mediatoris.
α) Non ejusdem indolis cum semine Abrahamo promisso [15]),
β) non unius ejusdemque conditionis, ut perpetuus esse potuisset [16]).

d) Consilium muneris.
α) Non unam ex utraque Abrahami prole gentem efficere voluit,
β) inimicitiae potius lege proposita auctor fuit [17]).

e) Auctoritatem mediatoris.
α) Interpretis dei unius [18]),
β) auctoris primae legis [19])
auctoritas οὐκ ἐστιν, non amplius est.

2) Christus.
a) cujus interventu lex Sinaitica promulgata est [20]) et qui
α) non fuit unius, sed duarum dissidentium partium [21]),

11) 194. 12) 209. 13) 98. 14) 88. 108. 76. 15) 113. 16) 180. 99. 17) 146. 66. 101. 205. 220. 182. 130. 18) 32. 19) [illegible]
20) 214. et omnes fere antiquae ecclesiae doctores ante [illegible]
21) 81. 215. 139. 116. 40.

β) aut non unius, sed plurium, immo omnium gentium [22]),

γ) aut non unius rei [23]),

δ) aut non unius substantiae [24]);

ε) aut non ipse deo subditus mediator [25]).

b) Vel Mosi tanquam unus verus dei ac hominum et N. T. mediator hic oppositus, qui

α) non unius, sed omnium gentium,

β) non Judaeorum solum, sed gentilium quoque [26]),

γ) non unius sed duplicis naturae [27]),

δ) unius seminis Abrahami promissi isque unicus mediator fuit [28]).

3) Aaron [29]).

II. Mediator quicunque in universum, ἑνὸς οὐκ ἔστιν, vel

1) Positive:

a) ubi unus est, mediatore non opus est [30]),

b) non sui ipsius esse potest [31]),

c) ubi est, duo pluresve sint, necesse est [32]),

d) non est unius, sed plurium dissidentium [33]),

---

22) 6. 56. 91. 226. 243. 53. 23) 68. 49. 24) 170. 25) 229. 95. 26) 89. 204. 9. 132. 195. 8. 131. 243. 1. 27) 234. 28) 156. 29) 67. 30) 107 a). 152. 119. 31) 124. 32) 63. 33. 61. 64. 62. 121. 103. 183. 136. 224. 171. 69 203. 204. 100. 200. 51. 237. 213. 37. 87. 127. 192. 44. 182. 208. 75. 117. 12. 207. 34. 175. 13. 84. 33) 6. 189. 137. 77. 43. 196. 167. 227. 159. 162. 158. 94. 51. 228. 55. 59. 199. 4. 201. 142. 128. 239. 151. 154. 223. 232. 165. 145. 197. 111. 187. 149. 14. 15. 241.

e) non uni parti tantum favere debet[34]),

f) non ab una parte pendet[35]),

g) non per se spectandus est, sed ad aliud quid spectat[36]),

h) non unus semper idemque est, sed mutabilis[47]);

i) unius autem et immutabilis, non ipse unus et immutabilis[38]),

k) non unius, sed plurium negotiorum[39]),

l) non in rebus, quae sibi invicem constant[40]),

m) eo non opus est, ubi ab utraque parte immutata manent studia[41]),

n) unus idemque non prius sine mediatore, deinde per mediatorem agit[42]),

o) beneficia mediatoris non in omne tempus perdurant[43]),

p) non unius populi esse potest, si promissiones omnibus gentibus factae tollendae sunt[44]).

2) Historice:

a) non in una tantum religione, nec in sola lege Mosaica locum habuit[45]),

b) non unus populus eo usus est, sed plures fuerunt plurium populorum variisque temporibus mediatores[46]).

---

34) 239. 210. 16. 35) 143. 45. 25. 17. 71. 36) 67. 37) 10. 18. 38) 102. 39) 184. 40) 188. 41) 88. 60. 42) 41. 43) 42. 44) 161. 45) 57. 65. 123. 35. 19. 211. 155. 105. 47. 7. 46) 106.

c) non Abrahamo adeo missus est [47]),

d) promissio Abrahamo facta interpretem non habuit [48]).

B. De sensu posterioris commatis et quidem de voce εἷς.

I. Positivus sensus.

εἷς

1) numero unus.

a) personarum Trinitatis unitas.

α) Christus, qui cum patre et spiritu s. ejusdem est naturae [49]).

b) ipsius naturae divinae unitas.

α) unus [50]) unicus, non duo pluresve dii [51]),

β) unus deus, qui a nemine pendet [52]) suique similem non habet [53]),

2) idem ac αὐτὸς,

a) immutabilis,

α) quoad universam naturam divinam, voluntatem et decreta [54]),

b) constans,

α) quoad sanctitatem et justitiam [55]).

---

47) 212. 82. 48) 47. 49) 63. 6. 116. 143. 50) 81. 215. 139. 62. 103. 101. 220. 65. 90. 72. 29. 115. 32 194. 156. 51) 55. 201. 112. 71. 233. 3. 12. 7. 207. 52) 17. 25. 53) 137. 158. 199. 152. 54) 50. 56. 43. 196. 227. 162. 59. 94. 66. 205. 114. 225. 18c. 140. 190. 188. 100. 86. 232. 41. 38 197. 111. 138. 122. 68. 177. 209. 179. 21. 176. 88. 125. 106. 104. 108. 147. 60. 10. 144. 117. 207. 187. 99. 149. 52. 45. 102. 135. 105. 175. 47. 174. 55) 83. 167. 159. 36. 4.

II. Historicus sensus.

εἷς

1) numero unus,

a) unus deus fuit,

α) qui posterorum salutem Abrahamo promisit [56]),

β) quocum dissidium erat generi humano [57]),

γ) qui cum hominibus omnibus [58])

δ) etiam gentilibus egit [59]);

2) una pars.

a) Deus in negotio Mosis mediatoris fuit una [60]),

b) vel altera pars [61]),

c) is fuit, qui Mosen mediatorem non adhibuit [62]),

d) una illarum partium, inter quas prius foedus contractum est [63]),

e) unus eorum, quibus Christus mediator fuit [64]).

3) Idem ac αὐτός,

a) unus idemque deus,

α) qui promissionem et legem dedit [65]),

β) qui Mosen et ceteros mediatores misit,

γ) et ad varia munera [66]).

---

56) 237. 37. 87. 44. 208. 198. 186. 34. 119. 57) 77. 58) 161. 59) 172. 60) 121. 224. 128. 157. 154. 165. 200. 145. 138. 192. 142. 75. 133. 13. 61) 96. 223. 46. 191. 62) 85. 240. 63) 136. 171. 150. 64) 189. 142. 235. 65) 214. 189. 57. 184. 74. 141. 148. 42. 212. 82. 219. 18. 238. 47. 26. 66) 35. 123. 211. 155. 47. 19. 31. 222.

C. De voce θεὸς

1) Deus

a) una pars est et habetur [67]);

2) Christus,

a) non nisi unus [68]).

D. De vocibus, quae subintelliguntur vel supplentur.

1) πατηρ aut θεὸς,

a) Judaeorum et gentilium [69]),

b) omnium gentium [70]),

2) μεσίτης,

a) deus ipse,

α) interpres promissionis v. 16. commemoratae [71]),

β) vel primus interpres Mosi oppositus [72])

b) Christus [73]).

3) λεγει [74]).

E. De nexu utriusque commatis.

1) adversativus;

a) ὁ μεσιτης et ὁ θεος sibi opponuntur;

2) causalis;

a) δε pro γαρ positum est [75]).

3) Versus hic non duplici, sed uno commate constat, in quo unum subjectum et duplex

---

67) 64. 69. 239. 213. 210. 15. 40. 68) 107. 69) 129. 146. 2. 231. 203. 204. 236. 39. 182. 160. 195. 127. 11. 118. 120. 153. 78. 206. 70) 89. 91. 48. 230. 226. 132. 218. 98. 148. 221. 58. 193. 92. 71) 38. 72) 217. 73) 21. 74) 181. 75) 90. 226. 148. 195. 132. 144. 46. 217.

praedicatum invenitur; subintelligitur autem

a) Christus,

α) qui est secundum mediatoris officium a deo uno diversus, sed qua naturam divinam unus cum illo [76];

β) vel qui non unius tantum naturae aut partis mediator, at deus unus est [77];

γ) vel non unius sed duarum partium dissidentium mediator, at deus unus est [78];

δ) vel non subditus deo, sed ipse deus unus [79].

4) Posterius comma ab hoc versu sejungunt et referunt

a) vel ad v. 21. [80]

b) vel ad v. 28. [81].

III.

De auctore hujus sententiae.

Plurimis interpretibus auctor hujus sententiae est

1) Paulus; nonnullis vero

2) Alii objectionem proferentes, quae contineatur

a) vers. 19. 20. 21. [1]

α) Doctor aliquis Judaeo Christianorum partibus favens et

א) his duobus vers. [2]

ב) vel quoque v. 21. [3]

---

76) 109. 77) 170. 78) 173. 61. 116. 79) 229. 95. 80) 124. 22. 187. 81) 16. 178. 1) 154. 201. 30. 2) 154. 201. 3) 30.

legis Mosaicae praestantiam demonstrans introducitur.

b) v. 20. integro,

α) ut auctoritas legis perpetuo duratura [4]),

β) vel ejus vis ad placandum deum ab adversario urgeatur [5]).

c) v. 20. parte priore; ita, ut in altera parte responsio adesse credatur;

α) hi vel Christum [6])

β) vel Mosen sub mediatore intelligunt [7]).

d) Alii interpretes duplicem, alii tres objectiones inde a v. 19. inveniunt [8]).

IV.

De nexu huj. vers. cum antecedentibus.

1) Digressionem in eo agnoscere ideoque parenthesi circumscribendum eum judicarunt [9]);

2) vel arctiorem cum antecedentibus nexum admittunt.

V.

De consilio huj. loc.

1) Consilium h. l. retulerunt ad singulas v. 19. sententias;

a) ad legem ἐν χειρὶ μεσίτε datam; qui est

α) vel Moses,

---

4) 69. 46. 191. 5) 151. 6) 143. 7) 112. 8) 141. 188.
9) 65. 35. 7. 1. 19.

א) cujusnam partis μεσίτης fuerit ille Moses doceri (nimirum populi) [10])

ב) vel causam exponi, cur et a quanam parte mediatore opus fuerit,

a) mediator non nisi inter partes dissidentes adhibetur,

b) deus autem semper sibi constans est, hinc necesse esse, ut populus μεσίτῃ opus habuerit [11]),

c) mediatore opus erat, quod cum hominibus mutabilibus agendum erat [12]);

ג) vel ejus indolem describi putarunt;

a) his non fuit verus mediator, cum

α) vel unius tantum populi, non omnium [13])

β) vel non fuerit mediator dei unius, sed angelorum [14])

γ) hincque praestantiorem mediatorem, Christum esse exspectandum [15]).

β) vel Christus,

a) quem unius ejusdemque cum deo esse naturae [16]),

b) vel cujusnam partis fuerit mediator [17]),

c) vel causam, cur non unius sed omnium populorum communis sit mediator, exponi putarunt [18]).

b) Alii consilium retulerunt ad propositionem,

---

10) 224. 11) 36. 158. 59. 199. 232. 196. 51. 52. 12) 60. 13) 89. 195. 14) 3. 20. 15) 236. 230. 16) 6. 109. 170. 61. 17) 33. 18) 226.

qua lex illa proposita fuisse traditur ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται;

His fuit mediator

α) vel Christus, qui cum tanquam mediator inter deum et homines legem dederit, et eam abrogare possit [19]),

β) vel Moses, qui

a) cum non fuerit mediator ἑνὸς, legis quanquam ipso interveniente promulgatae ultra adventum seminis vim exaggerare et prolongare non possit [20]),

b) tanquam medius inter Abrahamum et Christum, adventu Christi desinere debuerit, ita ut lex ejus finem habeat [21]);

c) Alii ad legem illam παραβάσεων χάριν latam consilium referre maluerunt,

α) quam sententiam ab Apostolo illustrari magis, quippe qui doceat, de populi Israelitici culpa tantum cogitandum esse, cum in deum ejusmodi cadere non possit [22]);

β) vel argumento aliquo muniri et confirmari putarunt, quod inde repetierunt, quod mediatoris, cujus officium in reconciliandis dissentientibus versetur necesse est, interventu in legis promulgatione opus fuisset. [23]).

---

19) 63. 20) 66. 21) 100. 22) 159. 162. 59. 117. 15. 23) 223. 199. 88. 187. 27.

2) Nonnulli cum universo v. 19. objectione ibi reperta consilium nectunt.

a) 1. Objectio. Cum v. 19. legis Mos. splendor describatur, simul docetur, homines per hanc jam felices fieri potuisse.

2. Responsio. Moses non fuit verus interpres, cum deus unus non alius sit Judaeorum, alius gentilium deus, hincque Christus solus verus est interpres [24]).

b) 1. Objectio. Legis praestantia in eo cernitur, ut cum per angelos non minus, quam per legatum lata sit, laetissimis auspiciis incepta inveniatur.

2. Resp. Non Moses, sed deus fuit Abrahami interpres [25]).

c) 1. Obj. Legis splendor et auctoritas describitur, ut Pauli sententia

α) de lege ad δικαιοσυνην non valente, vel

β) de lege παραβάσεων χαριν data

γ) et solummodo valente ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, impugnetur.

2. Resp. α) Christiana Religio similem habuit interpretem;

β) Divina relig. auctoritas non dependet a mediatore, ideoque simul valet promissio Abrahamo data, licet non habuerit talem interpretem, qualem in lege invenias [26]).

---

24) 203. 25) 217. 26) 47.

d) 1. Obj. Legis Mos. auctoritas nunquam cessare potuit, cum Moses unici dei internuncius sit.

2. Resp. Moses, licet unius dei interpres, tamen jam nullus est, at deus ipse unus idemque manet [27].

e) 1. Obj. Moses jam id effecit, quod deus Abrahamo promisit.

2. Resp. minime; nam Moses negotio simplici peragendo, constituendae quippe rel. christ. non aptus fuit [28].

5) Alii l. h. consilium ad v. 17. et 18. retulerunt, ut nimirum, quae ibi a Paulo defenduntur, argumento aliquo confirmari nunc ab eo putarent, promissioni Abrahamo factae per legem serius latam nihil abrogari potuisse.

a) Argumentum repetiit Paulus ab auctoris legis et promissionis unitate, qua, cum ab uno eodemque auctore sint orta, nullo modo posse secum pugnare, demonstrare voluerit [29];

b) vel ab auctoris legis et promissionis diversitate: Angelos et deum auctores sistentes a Paulo doceri putant non potuisse unam altera tolli [30],

c) vel a dei immutabilitate et constantia, ex

27) 32. 28) 194. 29) 57. 149. 119. 30) 233. 186.

qua, cum deus εἷς sit, non potuisse promissionem lege abrogari, deduxerunt [31]).

Ad hoc evincendum vario modo interpretes versati sunt.

α) Huic superfluum prius comma esse videtur [32])

β) Illi, quae de Mose mediatore dicuntur, addita videntur, ut hoc modo adumbraretur Christi mediatoris officium [33]),

γ) Hi cum verbis v. 19. ὁ νομος sqq. jungenda esse cupiunt [34]).

δ) Ille ad semen Abrami v. 16. et 19. verba referens negari existimat, unius illius seminis internuncium fuisse, cum deo vita sua probatus sine internuncio deum potuerit adire, et nobis etiam aditum ad eum aperire [35]).

ε) Hic de Christo mediatore cogitans, a quo mediatore non unius rei, cum et legem et promissionem ab eo habeamus, alterum altero tolli non potuisse judicat [36]).

ζ) Illi aliis pluribus sententiis adjunctis viam ad nexum commatis hujus cum isto argumento sibi parunt [37]), quorum

א) alter contendens, non legi Mosis tantum suum fuisse interpretem, sed

---

31) 43. 129. 227. 86. 138. 122. 49. 68. 123. 205. 179. 184. 141. 125. 108. 147. 187. 99. 88. 102. 23. 32) 138. 33) 227. 34) 43. 23. 187. 35) 86. 36) 68. 49. 37) 123. 184.

plures fuisse, qui a deo constanti missi essent omnes, hincque non posse unum alteri repugnare [38]);

ב) alter sensum subjiciens hunc, Mosen non solum legem promulgasse, sed etiam promissionem confirmasse, hincque alterum altero tolli non potuisse, a Paulo demonstrari mavult. [39]).

η) Hi Mosen populi tantum Israel, non vero gentium mediatorem priori commate invenientes, deum immutabilem et constantem promissionem semel datam per legem immutare potuisse, ab Apostolo negari putant [40]).

ϑ) Illi Apostolum negantem inveniunt, deum immutabilem, cujus mediator Moses aeque ac populi Judaici fuerit, promissionem semel datam per legem illius interventu promulgatam tollere potuisse [41]).

ι) Hic Paulum sic argumentari vult, per legem mutabilem non potuisse promissionem dei immutabilis tolli [42]).

κ) Ille simillimo modo doceri putat, per mediatorem non immutabilem promissionem a deo immutabili factam non potuisse abrogari [43]).

---

38) 123. 39) 184. 40) 138. 122. 41) 179. 141. 125. 147. 42) 88. 43) 102.

λ) Hic Mosis auctoritate non semper duratura evinci putat, deum ratione promissionis immutabilem esse futurum [44].

μ) Illi denique ex dei immutabilitate ab Apostolo colligi volunt, Mosen non fuisse mediatorem Christi, hincque legem non pertinuisse ad promissionem ab immutabili factam [45].

d) Vel ab eo, quod deus omnium gentium atque hominum deus et pater sit, argumentum repetiisse Paulum existimant, hunc deum non potuisse per legem uni populo Israeli datam promissa omnibus gentibus facta irrita reddere.

α) Hic nimirum Apostolum, cum nullus unius partis mediator sit, ita argumentari cogitat, in Mose mediatore populum Isr. tanquam unam et deum tanquam alteram partem spectandum esse, quippe qui omnium gentium deus non potuerit per foedus cum Israeli initum promissis ad omnes pertinentibus quicquam derogare [46].

β) Ille Apostolum de Mose non omnibus gentibus communi interprete, deoque vero omnium communi cogitantem ad oeconomiam Mosi abrogatam et aliam

---

44) 99. 45) 108. 177. 209. 46) 127.

eandemque communem omnibus hominibus et perpetuo duraturam respexisse voluit [47]).

γ) Hic Mosen intelligens, qui Messiam neque annuntiaverit, neque quicquam cum illo rei habuerit, in sensu vero constituendo posterioris commatis admodum fluctuans atque modo deum, a quo omnia pendent, modo eum, a quo promissio et lex data, modo eum, qui omnium salutem curat cogitans, nexum utriusque commatis neglexisse videtur [48]).

δ) Ille Christum summum illum ac unum mediatorem Abrahamo tanquam salutis perfectissimum auctorem adeo promissum, non Judaeorum solum, ad quos Moses mediator missus erat, sed gentilium servatorem communi hominum parenti beneficentissimo simillimum Apostolum depinxisse existimat [49]).

e) Alii rursus a diversa mediatoris et dei natura atque indole Apostolum argumentum repetiisse putant.

α) His vel mediator definitus aliquis isque Moses fuit;

א) Moses non fuit unius seminis v. 16. et 19. commemorati mediator, hinc-

---

47) 218. 48) 185. 49) 132.

que non potuit lege a se promulgata promissa labefactare [50].

ב) Moses tanquam mediator unius populi Isr. non potuit promissa ad omnes pertinentia abolere, hoc a deo fieri debuisset, quod minime credendum est [51].

ג) Moses non uni religioni Mos. fuit destinatus [52].

β) vel indefinitus aliquis mediator;

א) Huic summa argumenti Pauli haec est: nullus mediator sui juris ac arbitrii est, deus vero sui juris est et constantissimus [53].

f) Alii a diversitate eorum, quorum res in utroque negotio agebatur, argumentum Pauli repetitum esse existimant.

α) In promissione Abrahamo facta duae erant partes, deus nimirum promittens et gentes promissionem accipientes. In legislatione Sinaitica vero una pars modo adfuit, deus nimirum, altera pars defuit, gentiles; hinc deus cum Judaeorum mediatore de re ad omnes gentes pertinente quicquam agere non potuit [54].

g) Alii denique a diversitate ejus, quod in

---

50) 90. 38. 181. 51) 161. 52) 115. 53) 25. 54) 136. 73 150. 138.

utroque negotio agebatur, cognoscendoque hinc diverso utriusque consilio, argumentum petitum esse opinati sunt.

α) Lex mediatorem habuit, promissio vero ab uno deo data est. In legislatione igitur pactum mutuum adest, in promissione a deo data deest, hinc sibi invicem non potuerunt repugnare [55]).

4) Rursus alii v. 18. moti consilium h. l. referunt ad ea, quae Paulus priori cap. III. parte ostendere studet: δικαιοσύνης beneficium non posse per legis Mos. aut universae etiam legis observationem a deo impetrari; ita quidem, ut apostolum argumentum repetiisse credant vel

a) a legis consilio;

α) Non alius legis usus quaerendus est, quam quem deus, cujus Moses mediator aeque ac populi Israel fuit, ei tribuit, qui sane ad peccata non ad δικαιοσυνην spectavit [56]).

β) lex ista non pertinuit ad reconciliationem cum deo et justificationem ab illo impetrandam, cum mediatore in ea ferenda opus fuerit [57]);

b) vel a dei constantia;

---

55) 62. 163. 171. 237. 57. 79. 87. 44. 208. 34. 107. 12. 169. 56) 96.
57) 239. 145.

α) Deus sui semper similis non potest non legis violatoribus aeque irasci ac Mosis temporibus fuit iratus [58]);

c) vel a legis ratione;

α) qua habita nemo potest sine mediatore deo probari, quod sane in legislatione Mos. fuit adumbratum, atque igitur nos mediatore etiam indigemus, Christo nimirum [59]).

d) vel denique a conditione Mosis, mediatoris imperfecti;

α) Moses, cum non fuerit mediator unius, dei nimirum, neque ab omni peccato immunis, multo infirmior fuit, quam qui sibi aliisque gratiam dei potuisset reconciliare [60]).

5) Fuerunt interpretes, qui de consilio v. 20. cum v. 16. nectendo cogitarent.

a) Prommissionis v. 16. obviae eventus declaratus;

α) Moses non fuit mediator unius, deus vero unus est, qui et promissionem et legem dedit et nunc ejus eventum ostendit [61]).

b) vel promissionis implendae necessitas ostenditur,

α) ex dei unitate;

---

58) 167 4. 59) 128. 60) 72. 61) 214.

Moses enim legem dedit, per quam Israel. a gentibus divisi sunt, deus autem declaravit, se unum esse, qui omnibus gentibus faveat [62].

β) vel ejus immutabilitate;

Deus unus semper idemque est, igitur non potuit non implere promissionem, neque legem dedisset, nisi propter peccata Israel. ea opus fuisset [63].

(i) Alii consilium h. l. ad argumentum totius loci inde a v. 16. referunt, quorum hi

a) Comparationem inter Judaicam et christianam rel. ab Apostolo institutam, ex qua, quaenam praestantior sit, intelligi posset, inveniunt. Hanc praestantiam promissioni et rel. christ. vindicari ex eo putant:

α) quod non opus habuerit mediatore, cujus necessitas nonnisi ex peccatis hominum orta est [64];

β) vel quod, licet legi ex interventu mediatoris auctoritas quaedam conciliata sit, haec tollatur, cum omnes mediatores ab uno eodemque deo mittantur [65];

γ) vel quod Moses tanquam inferior Christo, qui cum deo sine alius interventu egit, mediator describatur, cum legis longe alia futura esset ratio, quam promissionis [66].

---

62) 220. 63) 197. 64) 168. 65) 19. 31. 66) 176.

δ) vel quod non solum Abrahamo data sed etiam a deo summo facta fuerit [67]).

b) Ille diversitatem inter utramque doceri, nimirum quanam in re utraque Abrahami proles rel. vel Jud. vel Christ. sequens cum differat tum non differat, putat [68]).

7) Fuerunt denique interpretes, qui ad universae epistolae consilium hunc loc. referrent, quod, cum per universam epistolam doceri putarent, Christianos ex gentilibus ortos legis Mos. observatione circumcisionisque subeundeae necessitate non amplius teneri, ab Apostolo in hoc quoque versu spectari judicarunt. Argumentum Paulum repetiisse affirmant

a) vel ab eo, quod Moses legis quidem mediator, non fuerit gentilium mediator, ideoque hi non possent lege ab illo promulgata teneri [69]); qui quidem de altero commate explicando diversam viam ingressi sunt.

α) Alii nimirum Θεος ἑις ἑςι de eo interpretati sunt, quod deus una modo pars sit [70]).

β) Hic deinde de uno eodemque legis et promissionis auctore [71]),

γ) Ille vero de deo omnium gentium communi explicavit [72]),

67) 217. 68) 226. 69) 171. 143. 148. 192. 78. 70) 171. 143. 192.
71) 148. 72) 78.

δ) Hi denique Apostolum ita raticinantem proponunt: iis, cum Moses non gentilium fuerit mediator, alia opus esse via ad salutem, alioque internuncio, Christo nimirum [73]).

b) vel ab eo, quoniam Moses non fuisset mediator omnium gentium, deus autem omnium esset communis deus, ideoque Christianos ex gentibus ortos non posse lege Mos. obstringi [74]).

c) vel denique ab eo, quod mediatoris Mosis nulla amplius vis sit et auctoritas, quippe quae ad tempus certum modo valere debuerit, ideoque, cum adsit religio christiana, Mosaica non amplius nos teneri possimus [75]).

En igitur hic agmen celeberrimorum interpretum diversissimarumque sententiarum gregem, quarum si placeret unam amplecti, eam Bonizii atque amici ejus, quae etiam beati Keilii et Schotti clarissimorum virorum fuit sententia, sequerer, nisi ipsius instituti ratio verbique ἑνὸς derivatio a derivatione vulgari diversissima de sententia celeberrimorum virorum decedere juberet. Quanquam autem hac derivatione salva haec Bonizii sententia maxime placuit, tamen eam ita mutaverim, ut verba pri-

---

73) 153. 177. 160. 74) 98. 11. 75) 108. 42. 76.

oris commatis explicarem sic: mediator fluctuat semper in duas partes et nescit, quamnam amplectatur; deus vero sibi constans est et certus. Experientia enim edocti scimus, mediatores dissidentium partium modo huic modo alteri parti favere, vel prout ipsi dissidentes litem proposuerint, vel ut eo tutius concordiam atque pacem concilient, quae sane animi fluctuatio in deum constantem minime cadere potest. Sed haec ipsa explicatio hoc incommodi habet, ut et contorta, adfectata et nimis artificiosa esse videatur. Liceat igitur novam ingredi viam, quam, ut jam monui, rectam esse minime pronuntio, hancque meam explicationem hoc solummodo consilio proferre, ut examini celeberrimorum interpretum subjiciatur.

Eundem autem in hoc capite tractando ordinem, quem in agmine celeberrimorum interpretum opinionum constituendo secuti sumus, observaturi primum de singulorum verborum significatione eorumque nexu, deinde defensu integrarum sententiarum definiendo, postea de auctore hujus sententiae, tum de nexu h. l. cum antecedentibus et denique de consilio universi loci patefaciendo, agamus.

II.

Nova h. l. interpretatio.

I.

De interpretatione singulorum verborum eorumque nexu.

a) De vocabulo μεσίτης.

Sub voce hac non alium mediatorem intellexerim, quam qui pacem inter dissidentes pangat et concordiam restituat. Quanquam enim in verbis antecedentibus ἐν χειρὶ μεσίτου, quem Mosen interpretes esse volunt, de eo solummodo cogitari potest, cui ullum aliquod inter duas pluresve partes negotium peragendum est, cujuscunque etiam id generis sit, quod beatus Keilius ex Deut. v. 5. Philonis, aliorumque scriptorum Jud. testimonio demonstrat, Mosen nimirum a Judaeis ita appellatum fuisse, tamen virum doctissimum et interpretem subtilissimum nimis anxie legibus artis interpretandi adstrictum confirmaverim, cum certum sit, scriptores nonnunquam ab una ad alteram verbi unius ejusdemque significationem et ideam invitos trahi. Ex eo enim, quod, cum versu antecedenti de Mose cogitandum sit, mediatorem eum, cui negotium aliquod demandatum est, ab Apostolo describi certum sit, non sequi-

tur, et in hoc loco de nullo alio cogitandum esse.

1) Primum enim in omnibus iis locis, in quibus vox μεσίτης occurrit, nullum alium mediatorem, quam qui inter dissidentes pacem restituit, inveneris. Sic. 1. Tim. 2 5. Hebr. 9. 15. et Hebr. 8. 6. in quo loco, haec vox sane illi, quae vers. 3. nimirum voci ἀρχιερεὺς respondet. cf. Hebr. 12. 24. quae iterum illam verborum hebr. כוהן גדול, pontificis maximi notionem involvit, cujus officium erat hoc, ut sacrificiis oblatis populum inter et deum pacem reconciliaret gratiamque recuperaret.

2) Deinde autem ex ingenio Pauli, quod ex scribendi atque agendi ratione fervidissimum fuisse certo scimus, omni jure hoc nobis concedi deberi putamus: Paulum, qui haec in parenthesi, ut paulo infra demonstrabimus, scripsit, non stricte adhaesisse notioni μεσίτου illi, qua antea haec vox occurrit.

3) Atque cum ingenii fervidioris natura atque indole protractus ab una ad alteram transiret ideam et notionem quanquam diversam, nihilominus tamen cum antecedenti conjunctam, nonne apertum est, in quo sane nostrae opinionis tertium argumentum invenisse putamus: Paulo eam oblatam fuisse ideam, quae illi maxime infixa Judaeo ad christianam religionem converso ita inhaesit, ut ad eam recur-

reret, quoties occassio oblata fuerit. Occurrit autem haec mediatoris notio in epistolis Paulinis, praecipue autem in epistola ad Hebraeos, cujus auctorem et Paulum fuisse ex scribendi ratione et idearum ibi obviarum similitudine confirmaverim, justo crebrior, quam ut de alia hujus vocis notione in loco nostro cogitari possit.

b) De articulo ὁ voci μεσίτης praefixo.

Articulus ὁ est mihi indefinitus, ita quidem ut de mediatore quocumque cogitandum sit.

1) Primum enim inveniuntur in libris N. T. loca plura, in quibus eundem articuli hujus usum invenimus. Memoratu dignissimus est locus Joann. cap. X. 11. huic loco simillimus.

2) Deinde vero particula δὲ non impedit, quo minus anticulum hunc in hoc loco indefinitum faciamus, cum perperam substantivo modo postponatur, modo praefigatur [1]).

3) Tum scriptores profani eodem modo utuntur hoc articulo conjunctim cum particula δε;

4) Denique cum haec verba in parenthesi ab Apostolo ponantur, idea atque notio articuli indefiniti magis, quam definiti, arridet, cum, quae in parenthesi adjiciamus, indefinite exprimere soleamus.

1) Math. XI. 11. XXIV. 13. Marc. XVI. 16. Rom. 1. 17. Joh. X. 12. 1.

c) De particula δε utriusque commatis.

Particula δε primis commatis loci nostri est sane transitiva; quae aperit quasi viam atque aditum ad ipsam hanc communem sententiam, posterioris autem commatis est causalis atque posita pro γαρ [2]).

1) Primum enim neque usus scribendi scriptorum profanorum neque N. T. impedit, quo minus haec nostra explicatio valere possit.

2) Deinde ne mireris, Apostolum eadem particula statim in sequenti commate diverso modo usum esse, neque pro δε, posterioris commatis scripsisse γαρ, cum experientia edocti sciamus, nos in iis, quae leviter atque obiter ex idearum associationis thesauro vel dicimus, vel scribimus, fugitivo ore et calamo sensa nostra exprimentes non verborum esse studiosissimos. Haec gratae, ut ita dicam, negligentiae exempla vel apud elegantissimos nostrae aetatis aeque ac pristinorum temporum innumera reperimus ita, ut minime offendat lectores aut auditores, si et elegantissimi scriptores et oratores fervida oratione abrupti vernacula lingua verbis Aber et Und in una eademque sententia diverso modo utuntur, ac si Paulum germanice loquentem dicere audiremus: Aber der jährliche Mittler ist nicht mehr, aber Gott ist der ein-

2) cf. Vigerus s. voce hac.

zige Mittler; vel cum voce Und: Und der jährliche Mittler ist nicht mehr, und Gott ist der einzige Mittler. Nonne illud Aber et Und posterioris commatis pro γαρ positum fervido ingenio flumineque orationis praecipitanti concederemus lubentes? gratamque negligentiam oratoris et scriptoris alias eruditissimi et elegantissimi admiraremur in iis, in quibus, quae si vel ex ore vel ex calamo auctoris inferioris conditionis profluerent, negligentiae ingratissimae signa certissima vituperares? Quae sane plurimos, qui locum hunc vernacula lingua verterent, inde a Luthero usque ad fratres van Eſs commovisse videntur, ut quanquam multi eorum particulam δε poster. commat. pro γαρ positam esse putarent, usu particulae Aber bis repetitae nomina et gloriam interpretum accuratissimorum sibi vindicarent. Atque si placet ex poetis celeberrimis nostri aevi et pristinae aetatis colligere exempla, vel centena in quolibet Te L. B. reperiturum esse assevero.

d) De voce ἕνος, ejus derivatione et sensu.

Vocem ἕνος derivandam esse puto ab adjectivo ἑνος, η, ον, quod est annuus. 1) Nam primum neque ex eo, quod in antecedentibus ille genitivus versu nimirum 16. ita occurrit, ut supplendum sit aliud vocabulum, σπερματος nempe, neque, quod in posteriori commate εἷς repetitur, mihi sequi videtur, et in

hoc commate hanc vocem ab εἷς derivandam esse, modo vox illa ab alio vocabulo derivata sensum rationi scribendi et cogitandi Apostoli consentaneum praebeat.

2) Deinde, cum certum sit, salva derivatione vulgari eam explicationem solummodo atmittendam esse, qua aliud vocabulum supplendum sit: ab hac parte illud σπέρματος nimis remotum esse videtur, quam ut Apostolum de eo cogitasse vere possit affirmari; ab hac autem reliquae omnes voces, quas interpretes supplendas censuere, remotissimae atque ita comparatae sunt, ut paucis exceptis in scriptoribus et profanis et sacris nullum invenias exemplum, quod ad verbum εἷς hoc vel illud vocabulum supplendum esse doceat In omnibus enim sententiis, quarum explicandarum causa ad vocem supplendam refugere cogimur, inveniuntur talia verba, quae non nisi unum vocabulum admittant, quod jam inter legendum ita occurrit lectori, ut non anxie de eo indagando investigandoque curare debeat. In omnibus autem locis, in quibus ad εἷς vel ἕν aliud verbum supplendum est, omnis sententiae constructio nexusque de nullo alio cogitare suadet, quam de vocibus μέρος, τρόπος, χωρίον et in sacris scriptoribus θεός.

3) Praeterea quaevis harum explicationum, ne illam quidem, quae supplendo vocabulo μέρους nititur, exceperim, distorta atque nimis ar-

tificiosa est, quam ut omnes dubitationes removeat novamque interpretationem rejiciat.

4) Tum artis interpretandi leges ad aliam derivationem vocis ἕνος confugere jubent, cum vulgaris interpretatio ei, quae consentanea cum ingenio et scribendi ratione auctoris lectori sponte occurrit, cedere debeat. Atque certe unicuique, qui ab omni partium studio judicium ferre amat, arridet, immo omnibus haec nova explicatio loci nostri arrisisset, nisi omnes primos interpretes secuti de derivatione ab εἷς cogitassent.

5) Porro omnis structura atque conjunctio hujus verbi cum ceteris h. l. cum vulgari Graecorum construendi ratione convenit. Nam voces, quae ad tempus aliquod constituendum adhibentur, modo substantivis praeponuntur, modo post ponuntur.

6) Ne quis denique objiciat, adjectivum ἕνος nullibi in N. T. occurrere, ad ea refugere liceat, quae de voce ἐξουσια in ep. ad Corinth. obvia et aliis ejusmodi valoris et pretii admonuit clarissimus Schottus [3]), praeterea cum compositum ἐνιαυτος et in libris N. T. et in vers. Septuag. saepissime occurrat [4]).

---

3) v. Memorabilien für das Studium etc. von Tzschirner. Tom. 4. 1. p. p. 54. 1814.

4) v. Hebr. IX. 7. Exod. 23. 14. 31. 10. 34. 23. Levit. 16. 34. Deut. 15. 20. Jud. 11. 40. 17. 40. Deut. 14. 22. etc.

e) De voce ἔστιν.

Quam si ita legis, ut sane in omnibus codicibus invenitur, ut ab Antonio clarissimo jam observatum est [5]) supplendum esset ἔτι, cujus supplendi exempla plura adsunt. Sed quam facile potuit fieri, ut vel vox ἔτι negligentia scribae in ἔστιν mutaretur, cum illud vocabulum in posteriori commate inveniatur, vel, ut cum in plurimis N. T. locis οὐκ ἔτι non simpliciter et ita ponatur, ut ἐστι supplendum sit, ut vers. 18. sed conjungatur plerumque cum ἐστι, ut Apoc. X. 6. XXI. 1. 3, Matth. XIX. 6., penitus deleretur, cum praeterea certum sit, in Codicibus nonnullis illud ἔτι in Apoc. XXII. 3. in ἐκεῖ mutatum inveniri, cujus sane mutationis vers. 5. ubi ἐκεῖ occurrit, occasionem dedit; quibus sane probaverim, scribam vocibus, elocutione et scriptura sibi invicem literis fere iisdem assimilantibus et in una eademque sententia ter occurrentibus facile potuisse induci, ut vel ἔτι penitus deleret vel in ἔστιν mutaret. Sed fuerunt sane interpretes, quorum ingenio in hoc verborum compositione elliptica obversaretur oratio, ita ut οὐκ ἔστιν verterent, nullus amplius est; ut hoc ab Antonio potissimum, qui vertit „Moses licet unius dei interpres, tamen jam nullus est, at deus unus etiam nunc

5) v. Anton. Loc. Gal. III. 20. critice, hist. et exeget. tractatus. Viteb. p. 4.

est» et Hezelio factum est, cujus versio haec est «Dieser Mittler der ersten (Religion, der Mos.) ist dahin! (Seine Religion gilt nun nichts mehr, jetzt gilt nur der neue Mittler und seine Religion, die christliche.) Und dabei bleibt doch Gott eben derselbe, d. i., er widerspricht sich dadurch nicht.» Consentiunt igitur hi celeberrimi interpretes mecum in explicandis et construendis his vocibus ita, ut elliptice positas esse credant, et de eo, quod non amplius nullumque sit, intelligant, modo derivatione vocis ἕνος in contrarias a me partes non abirent.

f) De voce θεος.

Cum vocem ἕνος ab adjectivo ἕνος derivandam essse demonstraverimus, apparet, θεον cum addito εἷς non simpliciter denotare posse deum. Cum enim posterius comma sententiae priori commate expressae vel opponatur, vel explicandi illius causa addatur, consilio Apostoli valde contrarium esset, in posteriori commate sententiam de deo uno addere, in qua oppositionem vel explicationem justam prioris sententiae vix invenires. Ecquis est, qui non intelligat, hoc additamentum de deo uno plane otiosum nunc futurum, posteaquam Apostolus mediatorem annuum non amplius esse contenderat. Nam quis, qui sine partium studio judicat, Paulum scripsisse «mediator annuus amplius non est, deus vero unus est» serio con-

tendat? θεὸς igitur in hoc loco non simpliciter de deo intelligendum est, sed de deo ratione officii mediatoris, ita ut de deo mediatore nunc unico cogitandum sit, cujus muneris obeundi Christo usus est. Quanquam enim non ab eorum partibus stare velim, qui, ut ab Hessio factum est, vocem θεος pro χριστος positum esse, ex eo, quod ejusmodi mutationes plures in epistolis Apostolorum inveniantur, demonstrare gestiunt, vel qui, ut ab anonymo Anglo in «Beyträgen zur Beförderung etc.» factum comprehendimus, vocem χριστος negligentia scribae in θεὸς mutatam esse, ex eo, sibi omni jure sumere videntur, quod in codicibus literis uncialibus exaratis, et compendio scriptis notisque exceptis velocissime fuga calami facili negotio fieri potuisset, ut χριστος in θεος mutaretur, tamen voci θεȣ ideam mediatoris Christi adjunctam voluerim atque igitur vertere: deus enim per Christum unicus est mediator.

g) De voce εἷς.

Ne mireris interpretes celeberrimos in constituendo huj. vocis sensu mirum in modum fluctuasse, cum derivatio ἑνὸς vulgaris modo hunc, modo illum sensum suaderet, quatenus εἷς prioris commatis ab iis explicatum fuerit, quarum interpretationum diversitatem in priori libelli parte jam demonstravimus. Convenit autem

partim cum usu hujus vocis in aliis locis scripturae sacrae obvio, partim cum idea Apostoli de uno vel unico mediatore, Christo, ut in epist. ad Hebr. pluribus locis, vel ad Timoth. I. 2. 5. partim cum ipso consilio Apostoli, ut paulo infra demonstrabimus, ut nullum alium subjiciamus sensum, quam illum unius vel unici.

II.

De integrarum sententiarum sensu.

Qui quidem sensus ad duo potissimum capita referri atque revocari potest, nimirum in priori capite ad rationem modumque mediatoris Vet. Test. et in postero commate ad naturam indolemque mediatoris N. Test.

A. De sensu prioris commatis ex ratione modoque mediatoris V. T. definiendo.

Notissimum est ex libris V. T. v. c. Exod. 30. 10. Levit. 16. 34. cf. Hebr. IX. 7. 25. sacerdotem summum munere expiatorio semel in anno functum esse, quod, cum die constituto expiationis fieri deberet, quovis anno peragendum erat. Respicit igitur Paulus in h. l. ad illam praescriptam solennitatem, nihilque aliud in sententia illa, mediatorem annuum non amplius esse, latet, quam idea haec: munus expiatorium annuum cum nova religionis oecono-

mia cessat; simulque causam, cur cessaverit, in posteriori commate addit.

B. De sensu posterioris commatis ex natura atque indole mediatoris N. T. definiendo.

Christum Apostolis et potissimum Paulo et auctori epistolae ad Hebraeos unicum nunc factum esse novi foederis mediatorem, aeque ac illud de munere expiatorio Vet. Test. certissimum est. Quidni de mediatore novi foederis in hac sententia cogitare cogaris, cum in posteriori commate causam sententiae prioris quaerendam esse, ab omni sit dubio. Apostolum Paulum potissimum scimus praegnantem quasi fuisse idea illa muneris expiatorii J. C. atque, cum doctor fuisset Judaeorum, legibus V. T. maxime adstrictus qui in expiandis peccatis per sacerdotem summum dogma invenisset religionis V. T. summum, in eoque praestantiam religionis Jud. agnovisset. Quid mirum igitur? Paulum in munere Christi ab hac parte multo praestantiori acquievisse, quavis oblata occasione ideam illam reveisam illi esse, quavis arrepta praestantiam religionis novae demonstrasse. Experientia edocti scimus, nos ea, quae nobis maxime arrident, ambabus amplecti et cum longa consuetudine carissima atque gratissima nobis facta fuerint, nonnisi cum gravissima animi molestia atque intimo pectoris dolore deserere, anxieque ea nos quaerere, quae partes ejus sustinere valeant. Quid mirum! Paulum

vehementer gavisum esse, cum novae, quam nunc profitebatur, religioni multo majora inesse beneficia, quam institutis derelictae religionis, intelligeret? Quid? quod gaudio thesauri hujus reperti perfusus non, ubicunque offerretur occasio, praestantiam novi instituti demonstrasset?

III.

De auctore hujus sententiae.

Cum nonnulli interpretes, ut jam supra demonstravimus, de objectione in hoc versu obvia atque de doctore aliquo Judaeo Christianorum partibus favente ab Apostolo introducto cogitaverint, nostrum est ea nunc, quae jam in antecedentibus, prout nobis occasio data fuerit, pro nostra sententia, qua nimirum nonnisi Paulum auctorem sententiae hujus facimus, ordine quodam addere atque colligere, quae hinc atque illinc dispersa ad confirmandam nostram opinionem adjecimus.

1) Primum igitur, quanquam hoc certum est, in epistolis Paulinis ejusmodi objectiones e mente aliorum repetitas inveniri, in epistola potissimum ad Romanos obvias, tamen in hoc loco interpretes nimiam curam atque studium adhibuisse videntur in indagandis investigandisque objectionibus e mente aliorum a Paulo prolatis, quarum signum certissimum nonnisi in verbis τι ἂν ὁ νομος invenisse putabant; nam

nimis sane artificiosa est haec interpretandi ratio, nimioque studio, omnia opinionibus suis accommodandi ad hanc sententiam probandam abreptos esse deprehendimus.

2) Deinde Paulus, quondam Judaeus, nunc Christianus, opinioni atque doctrinae de munere expiatorio satis adstrictus non ex aliorum mente sententiam, quam ipse omni jure amplexus erat, protulisse suspicandus est et cujus proferendae ad illustrandam religionis Christianae praestantiam quamlibet occasionem arripuisse eum certum est.

3) Tum omnis oratio nude posita ab objectione e mente aliorum prolata abhorret, cum sane Paulus, quodsi ejusmodi objectionem et responsionem proferre animus fuisset, per interrogationem, ut alibi fecit, hoc indicaturus fuisset, ut v. 19. et 21. et in pluribus locis in epist. ad Romanos et Corinthios, quarum exempla in illis locis, in quibus interrogationem τι ὖν ἐρῦμεν et responsionem μη γινοιτο ipse addit, mihi potissimum invenisse videor.

4) Postea non simile vero esse videtur, Paulum iterum iterumque et tertia vice aliorum objectiones protulisse easque nimium accumulasse.

5) Deinde omnis orationis series et Apostoli philosophica et logica scribendi et concludendi consuetudo impedit, quo minus de objectione cogitemus; nam ad objectionem v. 19.

prolatam in ipso hoc versu jam respondet, atque cum hoc versu bene cohaerent, quae v. 21. proferuntur; hincque Paulum certe, si et ad objectionem ex idea mediatoris oblatam respondere voluisset, ex ordine consueto vers. 20. post vers. 21. positurum fuisse arbitror.

6) Denique fac, quaeso, reseces universum versum, et omnia bene cohaerent, neque nexus periit, quod minime fieri posset, si objectionem adesse cupimus, nisi ad confirmandam tuam opinionem ad eorum interpretationem, qui et objectionem et responsionem invenisse sibi sumunt, refugere velis.

IV.

De nexu huj. vers. cum antecedentibus.

Cum in epistolis Paulinis plura adsint loca, quae parenthesi circumscribenda sunt, et hic ejusmodi digressionem et parenthesin admittendam esse ex natura atque indole dictionis Paulinae ingenioque Apostoli fervidiori, quo nimirum ab idea mediatoris v. 19. commemorati ad illam v. 20. obvii diversam tractus fuerit, nobis facile persuademur. Intercalarem solummodo et interpositam sententiam huic loco inesse eo apparet, quod cum v. 20. penitus tollatur et resecetur, nexus v. 19. cum v. 21. nullo modo pereat, ut hoc ab nonnullis interpretibus jam observatum est, et nuperrime ab anonymo

in Marburgens. theol. Annal. [6]). Quod si quis autem hoc mihi concedere nolit, in parenthesi haec scripta judicare, nexum et cum antecedentibus et sequentibus invenisse propterea mihi videor, quod, cum quemlibet profiteri oporteat, in his de praestantia religionis christianae sermonem esse, hujus demonstrandae huic sententiae summum argumentum inesse, nemo non intelligat.

V.

De consilio huj. loci.

Omnes sane interpretes in eo conveniunt, consilium universae epistolae esse hoc, ut religionis christianae praestantia prae judaica religione demonstraretur. Quidni Apostolus Judaeo-Christianus doctrinis Christi religionis nunc aeque ac religionis judaicae imbutus, summum caput et veluti apicem dogmatum Christianorum cum summo Jud. dogmate convenientem consuetaeque Judaeorum opinioni de expiationibus congruum, nunc, cum occasio oblata fuerit, neglexerit, neque de eo, quod discrimen luculentissimum faciat, sedulo cogitaverit? Quidni meminerit eorum, quae alibi fusius tractaverit, et quae Judaeo-Christiano semper obversabantur? Quidni, quanquam hoc lubentissime concedimus, notionem *μεσιτε* huj. vers.

---

6) 31.

diversam esse ab illa vers. anteced. facili negotio Apostolus potuerit abripi ad hanc sententiam, in qua caput religionis christianae quaerebatur; cum idea atque notio mediatoris N. T. nimis ingenio infixa atque quasi cogitandi naturae et indoli adjacens urgeret et premeret, et hanc praestantiae religionis christianae partem et quidem summum attingere? Quidni ejus doctoris negligentiam, quem, quae alibi fusius tractavit, cum nunc maximi momenti esset commemorare, silentio praetereuntem deprehendis, maxime mirareris?

Haec igitur fuere, quae in animo essent examini interpretum celeberrimorum proponenda; haec fuere, quae addenda esse putarem ad confirmandam meam diversissimam ab ea omnium interpretum sententiam, qua nimirum vers. hunc ita vertendum esse putaverim: Der jährliche Mittler aber ist nicht mehr; denn Gott ist der einzige (Mittler); aut, das jährliche Mittlergeschäft hat aufgehört, ist aufgehoben (des alten Testaments und der jüdischen Religion); denn Gott ist durch Christum der einzige Mittler. Sed, quae jam ab initio ingenue atque libere professus sum, ea et in fine hujus exigui libelli repetere liceat: me neque esse eum, qui sibi sumat et arroget eam sapientiam, quae invenisse me exclamare jubeat et cogat; neque qui per temeritatem sibi tribuat, quae ne celeberrimi quidem interpretes sibi sumunt, fuisse-

que igitur hujus libelli exarandi nullam aliam causam, quam ut hanc sententiam qualemcunque examini aliorum subjicerem.

Ceterum et profitendum mihi est, me ex hoc libello exarando multum voluptatis propterea cepisse, quod plurimorum interpretum celeberrimorum, quorum solummodo nomina et ne haec quidem ad unum omnia innotuere, libris evolvendis et legendis eorumque sententiis examinandis et dijudicandis familiaritatem quandam licet animo et ingenio tantum, mihi contraxisse visus sim; ita ut haec ipsa commoda emolumentaque, literarum et scientiarum inde incrementa capta atque notissimi illius „quantum sit, quod nesciamus" experientia denuo iterum iterumque confirmata, injucunda muneris mei vitaeque domesticae adflictiones cruciatusque, annonaeque caritatis reique familiaris penuriae et egestatis tormenta repellere viderentur. Quae cum ita sint, me hoc libello edendo arrogantiae nomen contracturum esse minime vereor.

III.

Catalogus Interpretum celeberrimorum una cum eorum interpretationibus h. l.

1) Abreschius. Paraphras. et Annotatt. in epist. ad Hebr. Spec. II. Lugd. Bat. 1787. 8, p. 158. Saltem, ut id παρατρεχόντως moneam, sic ego parenthetica illa, quibus interponendis occasionem praebuerit praecedens μεσιτου commemoratio, quaeque ita se habent. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἐςιν ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐςιν. haec ergo sic accipienda putem, tanquam si plene diceretur: qui vero solus est, et jure suo vocari ὁ μεσίτης meretur, non est unius prolis (assumto e superioribus intellectoque σπερματος h. e. γενους vocabulo) h. e. Judaeorum, conciliatur verum etiam ethnicorum; siquidem unus est idemque omnium Deus, qui cunctis bene vult.

2) Ackersloot, de Sendbrief van Paulus aan de Galaten, tot Leiden 1695. p. 213. Moses is niet soo een Middelaar welke Jooden en Heidenen tot een Volk maakte, maar een

Middelaaar; welke bijde die Natien verre van malka deren scheide: soo namenlijk, dat hij door sijn Wet een afpaalinge, een verwijderinge tusschen hij die Volkeren stelde, waar door Jooden en Heidenen niet voor een Volk, maar voor twee onderscheiden Volkeren mosten gehouden worden.

3) Albrecht, Gablers „Neuest. theol. Journal Vol. XII. p. 4. p. 61." Dieser Mittler also (Moses) ist nicht der wahre einige Mittler des Einigen (ἑνος sc. τȣ̃ Θεȣ̃) sondern nur der vorbildende, der ja (dem 19. v. zufolge) das Gesetz nicht unmittelbar von Gott, als dem Einzigen erhielt, (Christus hingegen der einzige wahre Mittler erhielt als Sohn Gottes sein Evangelium unmittelbar von Gott selbst) sondern zunächst nur mittelbar aus den Händen jener Engel. Gott aber ist doch einzig und allein; mithin, folgert der Apostel, kann er (Gott, oder es,) auch nur einen einzigen Mittler haben (geben), und dieser ist kein anderer, als Jesus Christus (μεσιτης και σπεϱμα) der wahre Nachkömmling Abrahams, v. 16. der ächte Israelit, durch den die dem Abraham zugesagte Verheifsung in Erfüllung geht, und die Nachkommen Christi sind demnach die ächten Israeliten. cf. die vorhergeh. Vers. und 1. Tim. 2. 5. Ebr. 8. 5. 6. Ebr. 3. 5. 6.

4) Aletheus, sive Müller. Gründliche Erläuterung der dunkeln Oerter und Steine des

Anstoſsens A. u. N. T. Leipzig 1726. 33r Versuch: „Ein Mittler aber ist nicht eines einigen Mittler." Und mit diesen wenigen Worten sagt er nun gar viel. „Ich habe euch (will er sagen) jetzo des Mittlers Mosis Erwähnung gethan, auf den ihr immer pochet; wisset ihr denn aber auch, daſs ein Mittler nicht eines Einigen Mittler ist? Da nun bei Uebergebung des Gesetzes Moses der Mittler von nöthen war, indem die Israeliten die göttliche Gegenwart, so sich unter Donner und Blitz offenbarte, nach ihrem eigenen Geständnisse aus Furcht nicht ertragen konnten: so ist solches ein deutliches Zeichen, daſs ihr mit Gott in Uneinigkeit gelebt; welche Uneinigkeit aus keiner andern Ursache herrührt, als daſs ihr das Gesetz, welches zwar noch nicht gegeben, jedennoch aber von Gott in eure Herzen geschrieben war, übertreten. Derohalben, so sagt mir doch, wie könnt ihr *denn* durch das Gesetz gerecht werden, da ihr doch wegen Uebertretung desselben unter Gottes Zorn liegt; da euch das Gesetz zwar Schrecken und Fluch, nicht aber Ruhe und Freude in dem Gewissen verursacht. Gott aber ist einig, Gott ist allemal mit sich einig; er ist ein Mal wie das andere, und ist sowohl heut zu Tage, als vormals, gegen alle Uebertreter des Gesetzes zornig; dannenhero ihr, weil ihr auch Uebertreter des Gesetzes seyd, nicht hoffen dürfet, daſs ihr durch das Gesetz gerechtfertigt

werden könnet, sondern ihr habt euch vielmehr des Zornes Gottes zu ersehen. Und ihr werdet nicht mit ihm einig werden, bis ihr die völlige Genugthuung Christi, des wahren Mittlers, von dem ich oben v. 13. geredet, dessen der Mittler Moses ein Fürbild war, und durch welchen Gott von Ewigkeit verordnet hat, daſs er will ausgesöhnet seyn, zuversichtlich ergreifet; denn Gott ist einig; wie er es ein Mal beschlossen, bei dem muſs es bleiben.

5) Allixius. Die heil. Schrift A. u. N. T. nebst einer vollständigen Einleitung derselben aus verschiedenen englischen Schriftstellern zusammen getragen, mit Anmerkungen herausgegeben von Jak. Brucker. T. 15. p. 724. sqq. Leipzig. 1749 bis 70. Aber dieser Mittler (nämlich Moses) war allein der Mittler der Juden, und so allein der Mittler von einer Parthei, welcher der Segen Abrahams zugehörte v. 15. 14. Dieser Mittler aber (Moses) ist nicht der Mittler von einem (das ist, von dem einen Samen Christi, welcher den Segen zuwege bringen sollte). Aber Gott, der die Verheiſsung gethan hat, daſs in einem alle Geschlechter der Erde gesegnet werden sollten, ist einer, sowohl der Gott der andern Parthei der Heiden, als der Gott der Juden, und also bereit, die eine sowohl, als die andere zu rechtfertigen.

6) Ambrosius. Comment. in epist. ad

Galat. cap. III. Tom. IV. oper. Basil. 1562. p. 337. Sine dubio mediator, hoc est arbiter, non est unius, sed duorum. Cum enim duo populi invicem adversum se dimicarent, semper dissidentes et inimici diversitate doctrinae, Salvator horum arbiter venit, amputans utrisque populis per quod discordabant, ut possent esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerum deorum et famulatum elementorum, quod scandalum erat Hebraeis. Abstulit et Judaeis opera legis, i. e. neomenias, circumcisionem, et curam sabbati et discretiones escarum etcaetera, quae abominabantur gentiles, et sic facti sunt pacifici, qui prius fuerant inimici. Si ergo haec ita se habent, quid est ut Galatae hebetudine mentis, arbitrum istum corrumpant, conversi ad Judaismum? Judicium enim Salvatoris irritum ducunt, quando post factam pacem quasi poenitentes de ea, subjiciunt se illis, quae prius paci fuerant inimica. Juxta sensum igitur Galatarum Christus arbiter non est, quia inducti in legem de duobus populis unum fecerunt; et unius utique populi arbiter nemo est. Hunc eundem sensum ad Ephesios prosequitur, dicens: ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvens, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos conderet in se uno novo homine, faciens pacem. Si in uno novo homine fecit pacem, ambobus utique abs-

tulit per quod dissidebant, et hoc eis statuit data sua lege, per quod essent pacifici. Hoc Galatae irruperunt conversi ad Judaismum. Deus vero unus est. Hoc dicit, ne Christum praedicando Deum, quem arbitrum constituit, praedicasse putaretur contra legem et prophetas. Arbitrum ergo hunc per assumtionem carnis intelligi docet, sicut dicit ad Timotheum: arbiter dei et hominum J. C. Juxta autem, quod deus est, a patre hunc non separari, sed unum esse cum patre. Sive enim pater, sive filius deus unus est. Deus enim naturae nomen est et potestatis, quam in patre et filio individuam manere ipsa nominum ratio docet.

7) Ammon, Institut. Interpret. N. T. Ernestinae, Lips. 1809. p. 156. Lutherus certe sensum non assecutus est, vertendo, ein Mittler. Paulus enim obscure licet et per parenthesin, nil nisi hoc voluisse videtur: internuncium unius legis non esse, sed plures (Act. VII. 23. 33.) Deum autem esse unum et unicum.

8) Anonymus in Henkens „Neues Magazin für Religionsphil. Exeg. u. Kircheng. Vol. II. part. I. p. 17. sq. Gott aber ist einer; dieser Satz ist vielsinnig, denn er schliefst folgende Bedeutungen in sich: 1) Gott ist derselbe und sich immer gleich. 2) Er ist derselbe Gott, zu dem unser Mittler uns führt, als zu welchem Moses führte. 3) Gott ist Vater aller

Menschen, daher muſs auch seine Gnade allgemein seyn, und sich auf Alle erstrecken.

9) **Anon.** Censor paraphras. Lynarianae in Allgem. deutsche Biblioth. Vol. II. Sect. 1. p. 88. cujus sententia fere eadem est ac eorum, qui s n. 107. 114. 136. 91. 5. 185. commemorantur.

10) **Anon.** in Beyers allgem. Magaz. für Prediger Vol. X. part. 5. p. 30. sqq. Ein Mittler ist veränderlich, nicht immer einer Parthei Vermittler, und kann mehr Verträge schlieſsen. Die Mittelsperson, Moses, ist nicht der Mittler des ganzen Geschlechtes, für welches er verbindende Gesetze empfangen hätte, sondern nur allein der Juden; Gott hingegen ist der allgemeine Herr von Juden und Heiden.

11) **Anon.** Auctor libri: Neue erläuternde Uebersetzung der Epist. u. Evangel. auf alle Sonn- und Festtage. Hamb. 1782. 8. p. 122. Diese Mittelsperson Moses aber ist nicht der Mittler des ganzen menschlichen Geschlechtes, (für welches er verbindende Gesetze empfangen hätte) sondern nur allein der Juden. Gott hingegen ist der allgemeine Herr der Juden und Heiden, der also auch noch andere Mittelspersonen gebrauchen kann, als den Mose, wenn er andern Völkern Gesetze oder Verheiſsungen geben will. Er kann den Messias, er kann Abraham gebrauchen, durch den er schon allen Völkern eine Verheiſsung ertheilt hatte, nach

v. 16. Das Mos. Gesetz geht also allein die Juden an, nicht alle Völker.

12) Anon. Censor in Oberdeutsch. allgem. Lit. Zeit. 1804. sc. CXL. p. 531. Ihr Juden und jüdischgesinnten Christen haltet dafür, das Gesetz wäre von den Engeln, vermöge Moses als Mittelsperson, gegeben worden, und ihr seyd stolz darauf; aber soll euch nicht eben dieses überführen, dafs durch dieses Gesetz euch als Nachkommen Abrahams die Verheifsung widerfährt: denn jene Verheifsung ward nur von Einem ohne Mittelsperson gegeben, und so gegeben, dafs sie auch nur von Einem ohne Mittelsperson — nämlich von Einem grofsen aus der Nachkommenschaft Abrahams soll zu Stande gebracht werden. Einer aber (und dies blos Er allein) ist nur Gott; Moses kann es nicht seyn, eben weil er Mittler zwischen den gesetzgebenden Engeln und dem Volke war; und schon das Mittleramt setzt mehrere voraus.

13) Anon. in Theol. Nachrichten 1809. Vol. II. p. 381. sqq. cf. interpretat. eorum, qui s. n. 32. et 69. part. III. historiae diversarum sententiarum commemorati sunt.

14) Anon. in Erläuterung zum neuen Test. part. IV. p. 169. sqq. von Stolz. Eines einzigen, entweder Gesetzes, oder Samens, oder Gottes. Im ersten Falle ist der Sinn: Nicht blos das einzige Mos. Gesetz hat seinen Mittler; die neue Verfassung hat auch ihren Mitt-

ler. Im zweiten: Der Mittler (Moses) ist nicht der Mittler der einzigen ächten Nachkommenschaft Abrahams, welcher so viel Heil verheifsen ist; diese hat einen andern Mittler. Im dritten: Der Mittler (Moses) ist nicht der Mittler des einzigen d. h. allen Völkern gemeinsamen Gottes, sondern der besondern Nationalgottheit des jüdischen Volkes. Die Worte „Gott aber ist einig" können verstanden werden, entweder: Derselbe Gott ist der Gott der leiblichen und der uneigentlichen Nachkommenschaft Abrahams; oder: Gott ist ein einziger, d. h. allen Völkern gemeinsamer Gott, nicht blos eine Nationalgottheit.

15) Anon. Censor in N. Theol. Annal. Marburg. 1805. p. 37. Der v. 20. ist im Grunde völlig überflüssig; er soll nur das Verhältnifs Mosis, des μεσιτης zum Gesetz, oder vielmehr nur den relativischen Begriff eines Mittlers ausdrücken, und näher beleuchten; damit schon aus der Benennung Mosis, als eines Mittlers, die Absicht und die Bestimmung des νομος erkannt werde. Paulus zeigt v. 19. dafs der νομος um der Sünde willen, folglich durch die Person eines μεσιτης (denn die Sünde machte einen Mittler nothwendig) der επαγγελια ganz unbeschadet gegeben worden sey. „Dies — fährt der Apostel v. 20. fort — erhellet ja klar daraus, dafs der Begriff eines Mittlers eine zweite auszusöhnende Parthei voraus gesetzet, und nicht

ἑνός μεσίτης (denn das wäre ja widersprechend) seyn könnte. Aber gerade dieser sonderbare unerhörte Fall träte ein, wenn Moses zum Mittler Gottes, welcher doch nur einig ist, d. h., wo die zweite zu versöhnende Parthei nicht gedacht werden kann, und nicht vielmehr zum Mittler des Volkes um seiner Sünde willen verordnet worden wäre.

16) Anon. Cens. in Intellg. Bl. d. Allg. Lit. Ztg. 1794. sc. 120. p. 958. Der Mittler aber ist nicht einseitig, sondern beiden Partheien mit gleicher Wärme, gleichem Vermögen ergeben. Nun ist Gott die Eine Parthei v. 28., die andere Parthei seyd ihr Christen.

17) Anon. Cens. in Biblioth. der neuesten theol. und pädagog. Literatur von Schmidt und Schwarz. Vol. VIII. part. VI. pag. 390. sqq. Eine Mittelsperson gehört nicht dem einen Theile allein an. Gott aber ist für sich eins und unabhängig. Der μεσίτης wird also hier beiläufig sehr passend für niedriger, ungültiger in seinem Geschäft, seiner Natur nach, erklärt, als Gott selbst.

18) Anon. Cens. in den allgem. Lit. Zeit. 1806. sc. 36. p. 287. Recens. denkt sich diese schwierige Stelle hebräisch:
אחד ואלהים oder חמליץ אחד לא חיה
הוא אחד המליץ לא, d. i. der Mittler pflegt (braucht) nicht immer derselbe zu seyn (an Mosis

Statt kam Christus mit neuer Vollmacht; Gott aber bleibt derselbe; von ihm dem Unveränderlichen kommt nun (wenn gleich durch zwei verschiedene Mittelspersonen) beides, Gesetz und Evangelium, mithin u. s. w.

19) Anon. Versuch einer Uebersetzung des Briefes an die Galater, mit erklärenden Anmerkungen nach Koppe. Leipzig 1792. 8. p. 88. Moses war nicht Gottes unmittelbarer Mittler; denn wäre er das gewesen, so hätte er sein Gesetz nicht, wie eine Tradition sagt, δί ἀγγελων, durch mehrerer Engel Dienstleistung, sondern nur von einem einzigen, nämlich von Gott unmittelbar erhalten müssen. Mittler gibt es nicht blos bei dieser einzigen Gesetzgebung; von einem und demselben Gott kommen alle Mittler her. p. 88. Der Apostel wollte also blos den Gedanken ausdrücken: Es ist kein Vorzug der Mos. Rel. einen Mittler zu haben; zugleich will er zeigen, dafs die Mos. und christl. Gesetzgebung deswegen nicht mit einander in Widerspruch kämen; denn, setzt er hinzu, auf den Mittler kömmt hier nichts an, weil alle doch von einem Gott kommen.

20) Anon. Cens. comment. Langiani in Glossar. N. T. Tellerianum in Allg. deutsch. Bibl. V. XIV. p. II. pag. 355. sqq. cf. interpr. sub. n. 199. 72. 86. 259. et qui s. n. 4. et 50. part. 2. hist. et s. n. 14. p. v. commemorati sunt.

21) Anon. Auctor paraphr. ep. ad. Gal. in

Beitr. zur Beförderung d. vern. Denkens in der Rel. part. 3. 1797. „Mose — sag ich — war der Mittler. Ein Mittler aber ist nicht wie eine Person für sich allein zu betrachten, sondern hat eine Beziehung auf Etwas, das seiner Vermittelung bedarf. Dies Etwas war die ausschweifende zügellose Unsittlichkeit des isr. Volkes; welcher durch die Gesetzgebung gesteuert werden sollte. Diese Unsittlichkeit machte den Mittler nothwendig, und ihre Hemmung ist die Absicht und der Grund seiner Vermittelung. Auf diese Absicht beschränkt sich sein Amt und sein Geschäft, ohne daſs er einer Verheiſsung, auf die seine Person keinen Bezug hat, Einhalt thun kann. War sein Amt in der Zwischenzeit der Verheiſsung und ihrer Erfüllung nothwendig: so leidet die Verheiſsung nicht das Mindeste darunter. Denn nicht er, sondern Gott ist der Verheiſser und Erfüller. Der Mittler hört auf zu seyn, was er ist; so bald der Zweck seiner Vermittelung zu Ende geht. Gott aber ist und bleibt nur einer und eben derselbe, und wie sein Wesen einig ist, so ist auch sein Versprechen unwandelbar, und eine Zwischenverordnung, wie das Gesetz ist, kann darin nicht die geringste Veränderung verursachen.

22) Anon. auct. Nov. Test. lat. vers. notisque criticis et philol. illustrat. Vol. I. Beroli. 1798. Verum enimvero semini illi uni (ergo nec Christianis, qui non per Mosen, sed per

Christum felicitate potiuntur) non est internuntius ille. Quum vero deus maneat idem (qui Abrahamo apparuit, idem et Mose egit) qui fieri potest, ut leges per Mosen latae adversentur promissis Abrahamo a deo factis? Minime vero!

23) Anon. auct. libr. Bibelcommentar zum Handgebrauche für Prediger, Schullehrer und Layen, nach den jetzigen Interpretationsgrundsätzen, herausgegeben von einer Gesellschaft von Gelehrten. Altenburg. 1799 bis 1805. 7. Vol. 8. maj. V. VI. pag. 407. sqq. Die Ursache, warum Gott streitig war mit den Israeliten, gründete sich in ihrem Betragen gerade zu der Zeit, als Moses das Gesetz empfing. Während dieser Zeit nämlich verehrten sie den goldenen Stier. Gott wollte sie ganz verlassen, Moses vermittelte es endlich noch. Daraus erhellt, will Paulus sagen, daſs die Israeliten das eigentliche Lieblingsvolk nicht waren. Zwei Freunde brauchen keinen Vermittler.

24) Anon. Censor libri Antoniani in Allg. Literztg. 1801. N. 214. Der Rec. erklärt das ἑνὸς aus v. 28. Ihr alle, Juden und Nichtjuden etc., seyd nicht mehr einander entgegen gesetzte Theile des Menschengeschlechtes, ihr seyd nur Einer, εἷς, oder ein homogenes Ganzes ἕν. Jener Mose ist nicht Mittelsperson dieses Unum, dieses christlichen Ganzen; Gott aber ist Einer, d. i. es ist aber nicht ein anderer Gott für die

Juden und ein anderer für die Nichtjuden, sondern Einer für beide Theile.

25) Anon. amicus Bonizii in Spicileg. ejus observationum ad Gal. III. 20. p. 32. §. 245. Internuncius non potest idem consilium, non potest suum consilium sequi; etenim vel ab alterutra parte vel ab utraque pendet et maximam partem non sua sponte nec libere agit. Deus vero est sui juris, Deus sibi est constantissimus. Ein Mittler aber hängt nicht von seinem eigenen Entschlusse ab; Gott aber ist selbstständig.

26) Anon. auctor libri: Sacra Paschalia pie celebranda civibus commendat Academia Jenensis. Praemissa est commentat. in quo μεσιτȣ notio indagatur. Part. II. 1786. p. 9. Mediator non est unius rei s. negotii, sed plurium mediator. Deus autem unus est, qui legem hanc dedit et felicitatem illam promisit; is ergo sibi contradicere nequit, ideoque nec legem praescribere potest, quae promissis suis antea factis adversetur vel eorum intuitu nullum fructum producere queat.

27) Anon. amicus Stolzii in huj. Erläuterungen z. n. Test. p. 4. 1801. p. 169. ff. Herab gewürdiget wird das Judenthum durch Gesetzgebung der Engel, und durch das Bedürfniſs eines Mittlers, der nur von der Widerspenstigkeit der Juden zeugt. In dem Sinne eines Unterhändlers ist Christus nicht Mittler, sondern blos als Verkündiger des göttlichen Worts.

28) Anon. in Augusti neue theol. Blätter Tom. 1. pag. 2. 1798. Gott kann seinen Versicherungen nicht untreu werden; er konnte aber auch nur eine neue Religion veranstalten. Moses war dazu ungeschicht, oder: dieser Mittler ist nicht, oder war nicht dazu bestimmt, oder dazu fähig, ein einfaches Geschäft, die christliche Religion zu bewirken: als Mittler mufste er dazu bestimmt seyn, das Mifsverständnifs zwischen Gott und dem Volke aufzuheben. Man suppl. also πραγματος oder ανθρωπε.

29) Anon. Cens. vers. N. T. Vollbedingianae in Neuer Allgem. deutsch. Bibl. Tom. LX. p. 2. sc. 5. p. 285. Wo nur eine Parthei ist, da bedarf es keines Mittlers. Gott ist nur einer; nicht Gottes wegen, sondern Israels wegen war der Mittler nöthig.

30) Anon. Cens. Muzelianae interpret. in Salzburgische Literatztg. Sept. 1800. p. 379. cf. qui s. n. 1. part. 3. commemorati sunt.

31) Anon. G. F. B. in Theol. Nachrichten. April. 1818. p. 182. Zwei biblische Paralelstellen, die es auf den ersten Anblick nicht zu seyn scheinen. Gal. 3. 20. und Ebr. 3. 4. In beiden Stellen wird von dem Vorzuge des Christianismus vor dem Mosaismus gehandelt, und die dem Abraham gegebene Verheifsung über das Mos. Gesetz, Jesus über Moses von einem jüdischen Schriftsteller vor jüdischen oder doch judaisirenden Lesern erhoben. Eine Paren-

these ist Gal. 3. 20. wie jene; denn der Ausspruch könnte wegfallen, ohne daſs der Sinn und Zusammenhang dadurch leidet. Ein Mittler muſs nicht eben zu einerlei Sache nur gebraucht werden; doch ist dabei Gott (nämlich, indem er mehrere Mittler zu verschiedenen Geschäften gebraucht) immer Einer und derselbe; d. h. Ein Mittler war zwar Moses nicht weniger, als Jesus, den man sonst vorzugsweise so nennt, 1 Tim. 2. 5.; darum aber nicht Mittler für das, was dieser zu vermitteln und auszurichten hatte; sie waren beide, so wie auch ihre Geschäfte und Zwecke von Gott, dem Einen und sich immer Gleichen, von dem Alles kömmt.

32) Anton, explicatio loci Gal. III. 20. critica, historica et exegetica; edit. II. 1803. in Pott. Syllog. Comment. Theol. Vol. V. pag. 141. ἑνος, suppl. πϱαγματος vel τινος hoc sensu: non est interpres unici cujusdam, rei unicae, per quam rem non potest intelligi, nisi lex ante commemorata. Quia vero alterum εἷς, de deo dictum, vix potest h. l. indicare nisi immutabilitatem ejus, prius ἑνος eodem sensu censemus intelligendum, ita, ut aptissima loci versio prodeat hujusmodi: ille vero, sc. Moses non est interpres immutabilis sc. rei (i. e. legis); at deus immutabilis est. Ita si locum reddideris in aprico est, legem Mosis, salva ipsius auctoritate divina, abrogari potuisse, quia mutabi-

lis cujusdam legis internuncius immutabili Dei consilio erat constitutus. Quod quum Paulo demonstratum fuerit, certe ab orationis nexu haec explicatio non abhorret. At si quis concedere nolit, significatum vocis u n i c u s permutari posse cum immutabilis, is certe largietur, vocabula u n u s i d e m q u e indicare i. q. non mutatus, quippe quae sint verba idem plane exprimentia. Moses non est interpres legis non mutatae (sed mutatae), at deus mutatus non est. Vel ad ἕνος suppl. θεῦ, ita ut εἷς post. comm. idem valeat, quod ὁ αὐτος, et vertas: Interpres vero unius jam nullus est, deus autem unus etiam nunc est. Moses, licet unius dei interpres, tamen jam nullus est; at deus unus etiam nunc est, vel deus ipse unus idemque manet.

33) Augustinus, Quaestiones in vetus novumque Testamentum Tom. IV. op. Bas. 1569. expos. epist. ad Gal. p. 1226. Mediator unius non est, deus vero unus est. Christi, mediatoris officium non potest non ad hominum salutem spectasse. Ex loco enim patet, mediatorem non posse intercedere inter deum et deum, qui est unus idemque, nec inter deum et angelos.

34) Babor, Uebersetzung d. N. T.

Nun ist aber ein solcher nicht eines einzigen Mittler; Gott aber war nur einer.

35) Bahrdt, Das neue Testament oder

die neuesten Belehrungen Gottes durch Jesum und seine Apostel.' Berlin. 1783. Was soll das Gesetz? Es ist nur der Verwilderung des Volks halber hinzu gethan, und ist (bis daſs der rechte Nachkomme auftrete, dem es verheiſsen war) gestellet durch Engel in der Hand des Vermittlers. Ein Mittler aber findet nicht bei einer Religion allein Statt; denn jede Religion, auch die alte, hat ihren Mittler, obgleich eben derselbe Gott es ist, in dessen Namen beyde handeln.

36) Balduinus, Epistola Paul. ad Gal. commentario perspicuo illustrata, Viteb. 1622. Frct. 1655. p. 808. In hoc foedere Moses mediator erat, seu internuncius non unius partis, sed duarum, dei nimirum et populi. Dissidentium vero unus est deus, ab hominibus offensus, ipse vero nemini injuriam faciens, quia semper unus et sibi constans est. Et sic est hic versiculus ratio praecedentis, cur nimirum deus per internuntium cum populo suo egerit. Moses quidem causam illam indicat, quod populus vocem dei tolerare non potuerit. Paulus autem ulterius progreditur, cur illam vocem ferre non potuerit: quia deus unus est, semper justus ac innocens, qui populum suum nunquam offendat, jam vero offensus, nonnisi irasci iis possit.

37) Bauer, Logica Paulina, Halae 1774. p. 153. 238. Arbiter, interpres, μεσιτης, non

